Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sententiae - Cod. Aug. perg. 78

Petrus <Lombardus>

[S.l.], [13./14. Jahrh.]

Fragmente aus Decretum Gratiani

urn:nbn:de:bsz:31-67480

Visual Library

effectum bene perfectum non tamen ipsi ut eorum sacramentum simu-
latione manus imponentem ad catholicam redeuntem unita-
te. ciendum non est quod canones apostolorum quorum omnium
auctoritate orientalis et ex parte romana utitur
ecclesia et insignis martir cyprianus et lxx episcopi eorum
baptisma hereticorum lauacrum diaboli appellant. Stepha-
nus uero et cornelius martires et pontifices romani et uene-
rabilis augustinus in libris de baptismate eundem cyprianum et prefa-
tos episcopos ob hanc causam uehementer redarguunt af-
firmantes baptisma siue ab heretico siue a scismatico
ecclesiastico more traditum et celebratum ratum esse. Ce-
terum quia alia in baptismo alia in reliquis sacramentis con-
ditio est. Quippe cum in ordine positorum necessarior sit
subito morituro baptismate preuisus dominici cor-
poris communione. ut aliis sacramentis consulitur et cum forte
catholicus non inuenitur sanctius est ab heretico baptismi sac-
ramentum sumere quam in eternum perire. et hanc sententiam presertim
pontificum cornelii stephani augustini secuti sunt syrici-
us innocentius. leo. anastasius et magnus gregorius et omnis catholica
ecclesia prohibentur quoque de manibus talium sacerdotum
sacramenta suscipi. non quia non sint uera. quamuis ad formam
et effectum quia dum huiusmodi sacerdotes a populo contemptui in-
ueniuntur rubore et uerecundie facti ad penitentiam prouo-
cantur. Item ex vi sinodo. Si quis uxorem ducere uoluerit an-
te inquiratur qui ad clerum accedit subdiaconatus ordinem h-
-faciat.
duerit. uolunt uite nuptiali mulieri copulari
hoc ante ordinem subdiaconatus faciant. Item ex conci-
lio cartaginensi. iii. Lectores aut uxores ducant aut
lectores cum ad annos pu- continentiam profiteantur.
bertatis sue uenerint cogantur aut uxores duce-
re aut continentiam profiteri. Item gregorius bonifacio episcopo regi-
tano Subdiaconi continentiam obseruare debent.
Subdiaconibus tuis hoc quod de singulis statutum est
decreuimus obseruari. nec illam distinctionem nostram cuiusque
simulatione contumacia aut temeritate corrumpi. Item urba-
nus ii in synodo apud melphiam. Beneficio et officio careant qui
eos qui post diaconatum uxo- post diaconatum uxoribus uacaue-
rint uacare uoluerint officio quoque atque beneficio eccle-
sie carere decernimus. Quod si ab episcopo commoniti non se correxerint
principibus indulgemus licentiam ut eorum feminas manci-
pent seruituti. Si uero episcopi consenserint eorum prauitatibus ipsi
officii interdictione multentur. Item domno gauden-
si patriarche Subdiaconi et deinceps incontinentes a suis
erubescant impii et aperte gradibus deiciantur.
intelligant iudicio sancti spiritus eos qui in sacris or-
dinibus presbiteratu diaconatu subdiaconatu positi
mulierculas non abiecerint et caste non uixerint
excludendos ab eorundem graduum dignitate. De
manifestis quippe loquimur. Secretorum cognitor et iu-
dex est deus. Item idem in meldensi synodo presidens. ait.

di. xxxii. c. Placuit.
d. xxxiiii. c. Cum quo-
rundam.
d. xxxiiii. Lector.
d. xxvi. c. Ut e.
d. xxviii. Diaconi.
d. lxxxi. c. Si dia-
d. lxxxiii. c. i.
d. xxxii. c. iiii.
xxvii. q. i. ...

Ad sacros ordines non accedat nisi aut uirgo aut probate castitatis.
Item ad sacrum ordinem permittatur accedere nisi aut
uirgo aut probate castitatis. et qui usque subdia-
conatum unicam et uirginem uxorem habuerit. Item ex car-
taginensi concilio In sacris gradibus constituti a suis uxoribus
Placuit episcopos presbiteros diacones sub- abstineant.
diacones secundum priora statuta etiam abstinere ab
uxoribus. Quod si non fecerint ab ecclesiastico remoueantur
officio. Ceteros autem clericos ad hoc non cogi. Sed uniuscuiusque
ecclesie consuetudinem obseruari debere. Item leo [illegible]
[illegible] et abbatibus In minoribus ordinibus constituti
erratum et aperte pro- uxores ducant non uoto religi-
sequimur. quod sancta romana ecclesia onis habitum prohibeantur.
in gradibus clericorum actum. Clericos hostiarios lecto-
res exorcistas acolitos si extra uotum et habitum
monachi inueniantur et continentiam profiteri noluerint
uxorem ducere uirginem cum benedictione sacerdotali per-
mittimus. Non autem uiduam aut repudiatam. quia propter hoc
deinceps nec ad subdiaconatum prouehi poterunt
qui uel laici non uirginem sortiuntur uxorem aut biga-
mus ad clericatum. Vel siquis ex predictis ordinibus deinde
ad subdiaconatum ascendere non potest sine consensu
uxoris sue. ut fiat de carnali deinceps spiritale
coniugium nemine eos cogente. neque permittit prefata
uxor iungi eidem marito suo carnaliter nec cuiquam nu-
bere uiuenti aut post mortem illius. Item ex calcedonen-
si concilio Non liceat clericis alterius secte uxorem accipere.
Quoniam in quibusdam prouinciis concessum est lectoribus et psalmi-
stis uxores ducere. constituit sancta synodus non licere cuiquam
ex his accipere secte alterius uxorem. Item niceni conci-
lii capitulo iii. Non habeant mulieres clerici nisi que sint extra omnem suspicionem.
Interdixit per omnia sancta synodus. non episcopo non presbitero non dia-
cono non subdiacono non alicui omnino qui in clero est
licere subintroductam habere mulierem nisi forte aut matrem
aut sororem aut amitam. aut eas idoneas personas que fu-
giant suspiciones. Item ieronimus de eodem. Hospi-
tiolum tuum aut raro aut numquam mulierum pedes
terant. quia non potest toto corde habitare cum deo qui feminarum
accessibus copulatur. Femina est etiam sexu patrem
habitantis esse. numquam de mulierum formis disputes.
femine nomen tuum nesciat. feminam quam bene uideris conuer-
santem mente dilige non corporali frequentia. Si bonum
est mulierem non tangere malum est quod tangere. Item gregorius in
dialogo libro iiii. Presbiter quidam uxorem suam quasi sororem dili-
Presbiter quidam sub commissa regebat ecclesiam gebat sed quasi hostem fugiebat.
cum magno timore domini. qui ex tempore accepti ordi-
nis presbiteram suam ut sororem diligens. sed quasi hostem ca-
uens. ad se accedere propius non sinebat. eamque sibi appropin-
quare nulla occasione permittens. ab ea funditus com-
munionis familiaritates abscidit. Hoc namque quidam debe-

d. xxviii. c. i.
d. xxxi. c. i.
d. xxxi. De his episcopis
d. xxxi. c. Oportet episcopos
xxvii. q. i. Veterum
d. xxviii. Presbiteris
d. [illegible] Cum de-
d. xxxii. di. lxxxi.
stris.
xxxii. q. iiii. ...
castis.
xxvii. q. iii. ...
thora.
d. xxxi. De ...
c. de episcopis et
clericis.
d. lxxxi. ...

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

amus accepe. laudicense concilium ostendit sub dia
ni ueteres. que ap ... (Viduae l seniores pbri appellantur.)
grecos pbri appellantur. apud nos autem uidue
aut seniores. appellantur. uniuire. et matricure
appellantur. in eccla. tamquam ordinatas constitui non debe
decreuimus. ... Ecce quod in sacris ordinibus constitu
ti. uxores habere non possunt. uel si bigami aliquando fuerint
inuenti. sacros ordines ascendere non ualent.
quare. si quis preter uxorem concubinam habuit. nunquam in sa
cerdotem promoueri ualeat. Tales autem a sacris ordinibus au
ctoritate canonum apostolorum prohibentur. in quibus sic statutum
legitur. (Ad sacrum non accedat ordinem si cedis nuptiis)
xxxiii. d. | Is qui post acceptum bap (post baptisma copulatus autem concubinam habens.)
tisma sacrum secundis fuerit nuptiis copulatus aut
concubinam habuerit. non potest fieri eps. nec sacerdos. nec dia
conus. aut prorsus ex numero eorum. qui ministerio sacro
deseruiunt. ... Deseruientes sacro ministerio intelli
guntur subdiaconi. qui calicem diacono offerunt
et acoliti. quos cum cereis. diacones precedunt. uel cero
ferarii dicuntur. qui et urnam et aquam preparando. calici suum mi
nisterium. ... Concubina. intelligenda est preter uxo
rem. ut iste sit sensus capituli. Si quis post acceptum
sacrum baptisma secundis nuptiis fuerit copulatus
aut concubinam habuerit. distinguendum est. an quam uxorem
duxerit siue post mortem uxoris. Vnde beatus gregorius an
(Maritum duarum maritarum post baptismum clericum non ordinetur.)
rum duarum maritarum post baptismum clericum non ordi
nandum esse censuimus. nec eum qui unam quidem concubinam uel me
retricem in matrimonium assumpsit. nec illum qui semet ipsum
abscidens quolibet membrum aliqua indignatione uel
iusto uel iniusto timore se ipsum truncauit. neque illos
qui usuras accepisse conuincuntur. aut in scena lusisse
noscuntur. nec eum qui publica penitentia mortalia
crimina defleuit. neque illum. qui furia aliquando insus
insaniuit. uel afflictione diabolica uexatus est. neque
eum qui per emptionem ad imitationem simonis magi pe
cuniam obtulerit. ... Item pelagius papa felici episcopo. capitulo iii.
omnino (Arreptitii uel epileptici non ministrent altaribus)
diffinimus. ut nullus de his. qui aut in ecclesia arrepti
a demonibus eliduntur. aut quibuslibet uexationibus in
cursibus efferuntur. uel sacris audeant ministrare altaribus
uel indiscusse se ingerant sacramentis diuinis. preceptis illis
qui corporis incommoditate dediti. sine huiusmodi passionibus
in ecclesia probantur electi. quorum et ipsi tamdiu erunt ab offi
cio suo. et loco et ordine suspensi. quousque unius anni spa
cio. per discretionem episcopi inueniantur ab incursu demo
num liberati. ... Item nicholaus papa. (De eodem)
Clerici qui in adolescentia a demonibus cognoscun
tur obsessi. ad superiorem sacri regiminis gradum acce
dere non possunt. ... Item gelasius papa. (De eodem)

sed a deo sane concupiscentiis, itaque quoque presumpte ut me
ntis demonis similibus quoque passionibus sacra sancta misteria
tractare temptantur. Quibus si hoc cupere posuis. aliquid propter
necessitatis occurrat quis de sua fidelium salute con
fidit. Immo nullos ipsos etiam omnis humane causa post
specie calamitate uexari. Atque ideo necessario remouendi sunt
ne quibus per quibus christo mortuis non scandalum generetur
infirmis. Postremo. si corpe saucia quo forsitan a te de
bile. nequaquam sacra contingere lex diuina prohibet. quanto
magis bonum celestis. subsispensatione esse uenenum quod
decreui. uice paulus. ... Item innocentius papa felici episcopo
cap. iii. (Qui post baptismum uxores habuerint si post ea religiose ui)
Aliqui qui binas uxores. bapti (xerint. clerici fieri non prohibentur.)
zatus. ac sic se illi uixere. ut in nullo crimine con
uincerentur. ante clericos uidi. Sunt autem in ordinatis. ex quibus bapti
zatus sunt. sed utrum si non concubinam. si non pollicem nouerint. si in
bonis operibus uigilauerint. non prohibentur huiusmodi ad clerica
tus sortem assumi. ... Item post susceptum sacrum ordi
nem. quosdam legimus concubinas habuisse. quos tamen sacri canones
non recipiunt. si post sacrum ordinem. ab earum commixtione
se immaculatos custodiunt. Vnde gregorius andree tarenti
no episcopo (De quodam presbytero. quem post episcopatus sui apicem concubinam habuit.)
Abuisse te concubinam. manifesta ueritate compertum
et te illi communicationem habere cognouimus.
de quo est certa eius de quibus dam in nata suspicio. Sed quia in ambi
guis rebus absolutum non debet esse iudicium. huius conscie
ntie tue dimisimus arbitrium. Si ergo te si in sacro ordine constitutum
esse recordaris permixtione maculatum. sacerdotium honore
deposito. administrandum nullo modo presumas accede. sci
turus. in anime tue periculo te ministrare. et deo nostro te si
dubio rationem reddere. si huius sceleris conscius. in eo quo es
ordine celans ueritatem permanere uolueris. ... C
in ecclesiarum quis personarum. immoderatam familiaritatem episcopum
uitare oportet. Vnde nicholaus papa ad aluino archie
piscopo. (De consanguineum immoderatam familiaritatem)
nouimus relatione fide (uitare oportet episcopum.)
lium. nostris auribus intimatum est. quod lanfredus | di. xxxvi. c. qz venatoribus
episcopus. quem tibi iuuenis esse dicitur. uenationi sit deditus. Quod
uicium plurimos de clericali cathalogo. uel quo enim. dum
taxat germanos et gallos. inueneremus implicat.
Verum in eo sit ita est. ut audiuimus non modo uiuens deo.
quo uiuentibus desideriis occupatus. nulla gratiam
constringere. Nam ut beatus dicit ieronimus. uenatorem numquam | di. xxxviii. c. Ex...
legimus sanctum. Scelaloniorum autem relatum est apostolatui nostro
de hoc episcopo. quod cum quadam filia sua immoderatam teneat
familiaritatem. et ob id mala fama ei orta sit. Propter
re. ... a caritate tua. ceterisque coepiscopis suis ammoneatur
atque corrector est. simul lateat emendatus. Queres in
hoc maxime displicet. et magis ac magis de se
reddit opinionem deteriorem. In quo beatitudini tue

xxvi. Vnde | xxxiiii. Cognos... | ... Sicut et clerici | ... Cathe... | xvi. C. i. | xxv. C. i. | Placuit. | ... C. i. | ... Cvult.

et Salomone ostendit infidelibus se esse auctorem totius sapientie, quod infideles non putant, qui non legunt in euangeliis et prophetis, sed dialogiam et alia inania que despectantur, que nichil valent ad salutem, mittunt in errorem, et dum his student, curam anime non habent. Qui vero Christum novit, thesauros sapientie et scientie invenit, quia novit quod utile est. Unde Beda in libro Regum ait:

Non prohibentur clerici seculares litteras legere.

Turbat acumen legentium et deficere cogit, qui eos a legendis secularibus libris omnimodis existimant prohibendos. In quibus si qua inveniuntur utilia, quasi sua sumere licet. Alioquin Moyses et Daniel sapientia et litteris Egyptiorum et Caldeorum non paterentur erudiri, quorum tamen superstitiones et delicias horrebant; nec ipse magister gentium aliquot versus poetarum, ut scriptis indidisset, ut dictis. Cur ergo legi prohibentur, que tam rationabiliter legenda probantur? Sed seculares litteras quidam legunt ad voluptatem, poetarum figmentis et ornatu verborum delectati; quidam vero eas ad eruditionem addiscunt, ut errores gentilium legendo detestentur, et utilia que in eis invenerint ad usum sacre eruditionis devoti invertant. Tales laudabiliter seculares litteras addiscunt. Unde beatus Gregorius quendam episcopum non reprehendit, quia eas didicerat, sed quia contra episcopale officium pro lectione evangelica grammaticam populo exponebat. Unde in Ambrosio scribitur super Lucam:

Seculares litteras legimus aliqua ne negligantur, **ut non ignorentur.**

Legimus ne ignoremus, legimus non ut teneamus, sed ut repudiemus. Item Ieronimus super epistolam ad Titum.

Grammatica legenda est ut per eam sacre scripture intelligantur.

Si quis grammaticam artem novit vel dialecticam, ut recte loquendi rationem habeat, et inter vera et falsa diiudicet, non improbamus. Geometria autem et arithmetica et musica habent in sua scientia veritatem, sed non est illa scientia pietatis. Scientia autem pietatis est nosse legem, scripturas intelligere, prophetas in evangelio credere, apostolos non ignorare. Grammaticorum autem doctrina potest proficere ad vitam, dum fuerit in meliores usus assumpta. Idem.

Exemplo Danielis probatur non esse peccatum secularibus litteris erudiri.

Inde qui de mensa et vino regis noluit comedere ne pollueretur, utique si sapientiam atque doctrinam Babiloniorum sciret esse peccatum, numquam acquiesceret discere quod non licebat. Discunt autem, non ut sequantur, sed ut iudicent atque convincant. Quomodo si quis peritus adversum mathematicos velit scribere, imperitus matheseos risui pateat, et adversus philosophos disputans, si ignorat dogmata philosophorum. Discat ergo ea mente doctrinam Caldaicam qua Moyses omnem sapientiam Egyptiorum didicerat. Item. In quantum cogimur litteraturam secularium recordari, et aliqua ex his dicere que olim omisimus, non est nostre voluntatis, sed ut ita dicam gravissime necessitatis, ut probemus ea que a sanctis prophetis ante secula multa predicta sunt, tam Grecorum quam Latinorum et aliarum gentium litteris contineri. Item ex sinodo Eugenii pape.

Magistri et doctores episcopi congruis locis constituant.

De quibusdam locis ad nos refertur, neque magistros neque curam inveniri pro studio litterarum. Idcirco ab universis episcopis subiectis plebibus et aliis locis in quibus necessitas occurrerit, omnino cura et diligentia habeatur, ut magistri et doctores constituantur, qui studia litterarum liberaliumque artium dogmata assidue doceant, quia in his maxime divina manifestantur atque declarantur mandata. Item in libro contra Manicheos.

Auctoritatibus gentilium eorum vanitas retundenda atque convincenda.

Si quid de Deo Sibilla vel Orpheus aliique gentium vates aut philosophi predixisse perhibentur, valet quidem aliquid ad paganorum vanitatem revincendam, non tamen ad istorum auctoritatem complectendam. Quantum enim distat inter predicationem angelorum et confessionem demonum, tantum inter auctoritatem prophetarum et curiositatem sacrilegarum scripturarum. Item Clemens papa.
ſ. xvi. Q. ii. Absit. Cum ii.

Ad intelligentiam sacrarum scripturarum pietas necessaria ostenditur.

Relatum est nobis, quod quidam in vestris partibus commorantes sacris doctrinis adversantur, et aliter eas non secundum traditionem patrum, sed iuxta suum sensum docere videntur. Multa enim inesse quedam, ut audivimus, verisimilia ingeniosi homines, quibus que legunt verisimilitudines capiunt. Et ideo diligenter observandum est, ut lex Dei cum legitur non secundum propriam ingenii virtutem vel intelligentiam legatur vel doceatur. Sunt enim multa verba in divinis scripturis, que possunt trahi ad eum sensum quem sponte unusquisque presumpsit. Sed non oportet sensum alienum et extrinsecus et extraneum debes querere, ut quolibet modo ipsum ex scripturarum auctoritate confirmes, sed ex ipsis scripturis sensum capere veritatis oportet. Et ideo oportet ab eo scientiam addiscere scripturarum, qui eam a maioribus secundum veritatem sibi traditam servat, ut ipse possit ea que recte susceperit competenter asserere. Cum enim ex divinis scripturis integram quis et firmam regulam veritatis susceperit, absurdum non erit, si aliquid etiam ex eruditione communi ac liberalibus studiis, que forte in pueritia attigit, ad assertionem veri dogmatis conferat, ita tamen ut ubi vera didicit, falsa et simulata declinet. Idem Isidorus in libro sententiarum.
ſ. xxiii. Q. iii. C.
ſ. di. viii. Ego.
ſ. di. xx. c. Adult.

Ideo prohibeantur christiani poetica figmenta legere.

Prohibetur christianus legere figmenta poetarum, quia per oblectamenta inanium fabularum mentem excitant ad incentiva libidinum. Non enim solum thura offerendo demonibus immolatur, sed etiam eorum dicta libentius capiendo. Ex his itaque premissis auctoritatibus apparet, imperitia sacerdotibus semper deberet esse
ſ. vi. Q. i. Cap.

ſ. di. lxxxvi. Cum in uestro.

Gregorius in moralibus inquit: Quam magnificum est divinum domini dei misterium, quod numquam divina misteria celebrantur quin ibi duo virtuosa opera generantur, scilicet peccatorum remissio et animarum de purgatorio venie liberatio.
Beda dicit: Sacerdos qui est sine peccato mortali et in bono proposito et non celebrat cum oportunitatem celebrandi habeat, quantum in ipso est Sancte Trinitati aufert gloriam, angelis in celesti patria manentibus privat leticia, hominibus in terra laborantibus privat bono et gratia, animas vero in purgatorio detentas privat liberatione et venia.

amor co . velim

a

Agrippam

modo ut amor com

xxxviii. d.

adversa. Qui enim per ignorantiam fiunt excecati, aliis ducatum prestare ceperint, ambo in foveam cadunt. Unde dicitur in psalmo: Obscurentur oculi eorum ne videant, et dorsum eorum semper incurva. Cum enim obscurantur illi qui preeunt, ad ferenda honera peccatorum facile sequentes inclinantur. Elaborandum est itaque sacerdotibus, ut ignorantiam a se, quasi pestem quandam, abiciant. Licet enim servus nesciens voluntatem domini sui et non faciens dicatur vapulare paucis, non tamen hoc de omnibus generaliter intelligitur. Ait enim apostolus: Qui ignorat, ignorabitur. Quod de eo intelligendum est, qui noluit intelligere ut bene ageret. Unde ait Augustinus: Non omnis ignorans immunis est a pena. Ille enim ignorans potest excusari a pena, qui quod disceret non invenit. Illis autem hoc ignosci non poterit, qui habentes a quo discerent operam non dederunt. Universaliter itaque voluntaria sit ignorantia omnibus, sit notoria, sacerdotibus est periculosa. Unde in Toletano concilio legitur:

Ignorantia mater cunctorum errorum maxime in sacerdotibus dei vitanda est, qui docendi officium in populo susceperunt. Sacerdotes enim legere sacras scripturas et canones, ut omne opus eorum in predicatione et doctrina consistat, atque edificent cunctos tam scientia fidei quam operum disciplina. Item ex eodem. Officialem libellum ab episcopo accipiant presbiteri cum ordinantur.

Quando presbiteri in parochiis ordinantur, libellum officialem a sacerdote suo, id est ab episcopo suo accipiant, ut ad ecclesias sibi deputatas instructi accedant, ne per ignorantiam etiam in ipsis divinis sacramentis offendant. Ita ut quando ad letanias vel ad concilium venerint, rationem episcopo suo reddant, qualiter susceptum officium celebrent vel baptizent. Item Leo episcopus Constantinopolitanus. Inscia sacerdotum nec excusatione nec venia digna est.

Si in laicis videtur intolerabilis inscitia, quanto magis in eis qui presunt nec excusatione est digna nec venia. Item Celestinus omnibus ortodoxis episcopis. Nulli sacerdotum liceat canones ignorare.

Nulli liceat canones ignorare, nec quicquam facere quod patrum regulis possit obviare. Que enim a nobis res digna servabitur, si decretalium norma constitutorum pro aliorum libitu licentia populis permissa frangatur? Item ex dictis sancti Augustini. Que sint sacerdotibus necessaria.

Que ipsis sacerdotibus necessaria sunt ad discendum, id est sacramentorum liber, lectionarius, antiphonarius, baptisterium, compotus, canones penitentiales, psalterium, omelie per circulum anni dominicis diebus et singulis festivitatibus apte. Ex quibus omnibus si unum defuerit, sacerdotis nomen vix in eo constare poterit. Quia valde periculose evangelice mine sunt quibus dicitur: Si cecus ceco ducatum prestet, ambo in foveam cadunt. Item Zepherinus papa ex VII synodo. Que oporteat eum scire qui ordinandus est episcopus.

Omnes psallentes repromittimus deo: In iustificationibus tuis meditabor, non obliviscar sermones tuos. Quod omnibus christianis observare salubrium est, precipue autem hos qui ecclesiasticam consecuntur dignitatem. Unde diffinimus omnem qui ad episcopatum provehendus est, omnibus modis psalterium nosse, ut ex hoc et omnis clerus qui sub eo fuerit ita moneatur et imbuatur. Inquiratur autem diligenter a metropolitano si in promptu habeat legere scrutabiliter, et non transitorie, tam sacros canones quam sanctum evangelium, quamque apostoli librum et omnem divinam scripturam, atque secundum mandata conversari et docere populum sibi commissum. Substantia enim summi sacerdotii nostri sunt eloquia divinitus tradita, id est vera divinarum scripturarum disciplina, quemadmodum magnus pronunciavit Dionisius. Quod si dissimulaverit, et non libenter facere et docere huiusmodi spoponderit, nullatenus consecretur. Ait enim per prophetam deus: Tu scientiam repulisti, et ego repellam te ne sacerdotio fungaris mihi. Item ex concilio Cartaginensi IIII. Idem de eodem. Placuit ut ordinandis episcopis vel clericis prius ab ordinatoribus suis decreta conciliorum auribus eorum inculcentur, ne se aliquid contra statuta concilii fecisse peniteat. Item Zepherinus papa. Sacre scripture inherentes non obscurat iniquitas mundana.

Sicut stellas celi non extinguit nox, sic mentes fidelium inherentes firmamento sacre scripture non obscurat iniquitas. Item Ieronimus in Ysaiam. Ignoratio scripture ignoratio Christi est.

Iuxta apostolum Paulum Christus dei virtus est et dei sapientia. Et qui nescit scripturas nescit dei virtutem eiusque sapientiam. Ignoratio scripturarum ignoratio Christi est. Item Gregorius in Moralibus. Ideo ignorantur a domino qui ea que dei sunt non sapiunt. Ea que dei sunt sapiunt, qui ignorant

a domino sapiuntur, et qui ea que domini sunt nesciunt, a domino nesciuntur, Paulo attestante qui ait: Si quis ignorat, ignorabitur. Item. Cum equidem stultus est in culpa, sapiens erit in pena. Item Augustinus. Non quia aliquid nescit quis errare, sed qui putat se scire quod nescit errare probatur.

[illegible] vanius errare quam postea sunt. Tamen cavendum sit non solum in maioribus verum etiam in minoribus rebus, nec sine rerum ignorantia possit errari, non tamen est consequens ut continuo erret quisquis aliquid nescit, sed quisquis se existimat scire quod nescit. Pro vero quippe approbat falsum, quod erroris est proprium. Verumtamen in qua re quisque erret, interest plurimum. Nam in una eademque re nescientem scienti et errantem non erranti recta ratione preponimus. In diversis autem rebus, id est cum iste scit alia, ille alia, et iste utiliora, ille minus utilia vel etiam noxia, quis non in eis que ille scit ei preferat nescientem? Sunt enim quedam que nescire melius est quam scire. Item. Licet per ignorantiam gramatice artis aliquid viciose proferant presbiteri, ut episcopi, non tamen ideo a scolasticis sunt despiciendi, quia morum vicia magis quam verborum sunt precavenda. Unde

Margin notes: x. q. i. Placuit — di. [illegible] c. [illegible] — v. q. i. Violatores — J. di. lex. C. [illegible] — [illegible] epis. — mundana

Tribus modis committitur peccatum voluntate opere et verbo

Cum pater alda perit ulixes ... [illegible]

Diligo cognatos claros venerare parentes

G. H. Hofbibliothek Karlsruhe